



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 26. Cæsareus cursuum publicorum supremus Moderator, necnon  
Garcillassus Vega Papæ jussu comprehensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

ret, rursus effecit &, Hispani, qui tanti Sæcul. XVI.  
momenti Ducem Caraffis eripere fata- A.C. 1556.  
gebant, ut eum magis suspectum red-  
derent, literas artificiose confictas Papæ  
Nepotibus mittebant, quibus significa-  
batur, quod Ascanius cum Albano Duce  
clandestina foveret consilia. Ergo a  
Papa adesse jubetur: verum suæ saluti  
Romæ haud satis cautum esse a Car-  
dinale fratre suo admonitus ad Neapo-  
lis Regnum auffugit: inde vero magis  
exacerbatus Pontifex Cardinalem com-  
prehendi, atque in arcem S. Angeli de-  
duci, necnon utriusque fratris bona  
proscribi præcepit.

## §. XXVI.

*Cæsareus cursum publicorum supre-  
mus Moderator, necnon Gar-  
cillassus Vega Papæ jussu  
comprehensi.*

His insuper accessit alias eventus, ex *Pallav. l. 13.*  
quo major adhuc Papam inter, & *c. 17. n. 6.*

Cæsarem, ac Philippum Regem ani-  
morum diffensio oriebatur; quippe Sar-  
riæ Marchioni mos erat, ut literas  
suas ad Neapolitanum Pro - Regem per  
Tabellarium mitteret, qui pedestre Ter-  
racina iter faceret: contigit autem, ut  
quadam die hujus oppidi Rector obser-  
varet, quod hic Nuntius ea non defer-  
ret

**Sæcul. XVI.** ret insignia, quæ muneris sui tessera  
A.C. 1556. esse solent, quapropter eidem  
 quoddam negotium contra Pontificis  
 jura esse demandatum suspicatus, illum  
 comprehendendi, ac Romam ad Pallianum  
 Ducem Pauli IV. Nepotem deduci jus-  
 fit, dato tamen negotio, ut nonnisi sub  
 intempestæ noctis silentio, ac tenebris,  
 necnon valido præsidio munitus urbem  
 ingrederetur. Cum primum ergo illuc per-  
 venerat, ejus pera excutiebatur, mox  
 que reperiebatur epistola, quam Gar-  
 cillassus Vega, qui Romæ negotia Hi-  
 spaniæ Regis procurabat, arcanis notis  
 ad Albæ Ducem perscripserat: dum  
 vero occultæ hæ notæ explicabantur,  
 erat compertum, quod Garcillassus Du-  
 cem urgeret, quatenus cum exercitu  
 suo ditionem Ecclesiasticam invadere  
 haud ultra cunctaretur, eoquod Papa  
 nullas adhuc copias, quibus se se de-  
 fenderet, conduxisset: Detecto igitur  
 hoc consilio Vega comprehenditur, ac  
 custodiæ datur, unacum Joanne An-  
 tonio de Taxis, seu Tassio Cæsareo vere-  
 dariorum supremo Præfecto, qui du-  
 riis habebatur. Percepta horum ca-  
 ptivitate Cæfaris Legatus Marchio de  
 Sarria graviter indignatus, coram Papa  
 querelas suas interponere voluit: ast  
 ad Palatium accedere prohibebatur.

§. XXVII.